

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iudex siue iudicium q
cum fontibus primis

Qui minoris meriti sunt in ecclesia et nullis magnorum uirtutibus pollent, ipsi de terrenis negociis iudicent, quatinus per quos magna nequeunt, bona minora suppleantur. Quos apostolus contemptibiles nominat et tamen sapientes uocat cum dicit: Secularia iudicia si habueritis, contemptibiles illos constituite ad iudicandum.

Gregorius XIX. moralium tractans illud apostoli I. Corinthios VI.: Secularia iudicia et cetera.

Sed quia spiritalia dona non caperent, si terrena eos negotia depressissent, longe ante praemisit, dicens:

→ Contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum (1 Cor. 6:4).

Ac si aperte dicat, qui minoris meriti sunt in Ecclesia et nullis magnorum donorum uirtutibus pollent, ipsi de terrenis negotiis iudicent, quatenus per quos magna nequeunt, bona minora suppleantur.

Quos et contemptibiles nominat et tamen sapientes uocat, cum dicit:

← *Sic non est sapiens quisquam inter uos, qui possit iudicare inter fratrem suum?*

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 19, 25 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.990, ll.25-34).

→ Saecularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum? (1 Cor. 6:4)